

accidētī, videlicet cōmuni ac proprio: tñ cūm accidēs inseparabile & propriū, habeat propriū nomē, hoc nomē accidēs appropriat accidētī separabili & cōmuni: sicq; propriū & accidēs, ponuntur Origenes duo pdicabilia cōdistincta. Ampliūs, Origenes iuxta Græcos in prima parte & ordine scripturā cōstituit 7. libros, Petateuchon Mosi, addēs Iosue ac Iudicū libros, illumq; ordinē vocat heptaticū, ab ἑπτά, quod interpretatur septē, & τμήχος volumen. Postremò, qualiter iuxta Hebræos liber Iosue valeat inter libros propheticos contineri, cūm tñ non videatur in eo præunciari futura, quemadmodū in prophetis, infrā dicitur: attamen quædam futura prædicuntur in eo.

EXPOSITIO LITERALIS CAPITVLI PRIMI: 21

Et factum est post mortem Mosi. Articulus primus.

AVT HOR libri huius sanctus Iosue, de seipso quasi de alio loquens, materiam libri sui continuat ad ea, in quibus beatissimus Moses libros suos finiuit, & vltimo libro suo imposuit terminum. Hinc Iosue librum suum à coniunctione hac copulatiua, & inchoans, ait: [Et factum est post mortem Mosi serui domini,] qui fuit seruis Dei seruitute filialis timoris atque spontaneæ charitatis, non seruitute timoris seruilis & coactionis, vt loqueretur dominus ad

Ecc1.46 Iosue filium Nun. Iosue triplex habuit nomen. Nam dicitur esse Osee, & Iosue, ac Iosue. Pater autem Exo.17.33. Num.11. Iosue vocabatur Naue, & Nun. Dicuntque aliqui, qd cognominatus sit filius Nun seu Nauæ, ad differentiam Iesu filij Sirach, pronepotis filij Iesu sacerdotis magni. Sed verius arbitror, quòd more idiomatis Hebræorum in ita cognominetur, quoniam apud Hebræos filij cognominantur à suo patre,

1.Reg.16. quemadmodū in libris Regum & Paralipomenon præcipue constat, in quibus communiter dicitur Dauid filius Iesse, Ezechias filius Achaz. Interdū tñ, sed rarò, cognominatur à matre. Vnde Ioab & Abisai appellant filij Seruic. Porro Iesus filius Sirach, plusq; per mille annos post Iosue natus est, siquidē post Babyloicā fuit captiuitatē: ideo non videtur, qd ad eius differentia, Iosue dicitur sit Iosue aut Iosue, filius Nauæ aut Nun. [ministrum Mosi.] Fuit etem Iosue specialissimus ac familiarissimus Mosi seruus, prout in diuersis locis libro suo Mosi legitur. Nam & cum Mose ascendit in montem Sina, quōs non viq; ad verticem montis, & cum Mose reuertebatur de monte, & sicut S. Clemēs beatissimo archiepiscopo Petro in oibus familiarissimè & affectuosissimè cum mira reuerentia, inseparabiliterq; adhæsit, ita & Iosue Mosi. [Et diceret ei: Mose seruus meus mortuus est.] Circa hæc queri potest, qualiter Deus loquutus sit Iosue. Secundò, an loquutus sit ei hæc verba ante finem dierum Iosue Mosi, an non. Ad primum dicendum videtur, qd loquutus sit ad Iosue sicut ad Mosen, per creaturam subiectam, putà per angelum in humana effigie apparentē, & in vigilia plena, & forte aliqui aliter. Ad secundum aliqui dicunt, qd dñs dixit ista verba ad Iosue ante finem luctus mortis Mosi, quem filij Israel plāxerunt 30. diebus. Alij dicunt, qd post finem dierum illorum, quod verius æstimo. Nam hoc ad honorationem tanti legislatoris ac vatis pertinuit, qd durante luctu ipius, dñs alia non commisit agenda eius ministro ac populo, videlicet transitionem per Iordanem & missionem exploratorū, ac cætera quæ in isto sequūtur cap. Hinc in Scholastica fertur historia: post mortem Mosi, quiescente luctu populi pro eo, loquutus est dñs ista ad Iosue. Lyra tñ dicit Hebræos aliter opinari, & sequitur eos, vt in expositione sequentis cap. referetur. Insuper queri potest, cur dñs dixit ad Iosue, Mose seruus meus mortuus est, cūm tñ hoc notum extiterit tam Iosue ipsi, qd populo toti? Respondetur, qd dñs hæc loquendo, ostendit se memorem serui sui fidelis etiam post mortem ipius. Per eadē quoq; verba destruxit duos errores: Primum, dicētium Mosen non esse defunctum, sed esse translatum in paradisum, & esse cum Helia & Enoch, qm nullum mortis suæ signum in terra relictum est, & quia cum Christo in sua trāsfiguratione corporaliter, quemadmodū & Helias, apparuit. Secundus error fuit Manichæorum & aliorum quorundam, dicētium Mosen esse damnatum propter incredulitatem suam ad aquas contradictionis, de qua non legitur pœnituisse, qui error per ista verba excluditur. Apertissimè quoq; scriptura insinuat eum in dē pœnituisse, per hoc qd post illam incredulitatem dñs more solito ei loquutus est, & Mose consueta deuotione pro Deo zelatus est, & bona vsq; in finem vitæ suæ exercuit. Atq; pro illa incredulitate dñs puniuit eum in vita hac, priuando eum ingressu terræ promissionis. Deniq; in Deuter. euidenter narratur Mose esse defunctus. [Surge,] Ex hoc verbo videri posset, qd sedenti vel iacenti aut dormienti dñs dixerit ista, vigilantī nanque & stanti dici non solet, surge, sed opinari quis potest, quòd domino incipienti loqui ad Iosue, ipse vir sanctus humiliter se coram Deo prostrauerit, prostratoq; dominus dixerit, Surge, sicut & infrā ait ad eum, Surge, cur iaces pronus in terra? Vel sensus est, Surge, id est, ad actum

Exo.19. Mosi seruus, prout in diuersis locis libro suo Mosi legitur. Nam & cum Mose ascendit in montem Sina, quōs non viq; ad verticem montis, & cum Mose reuertebatur de monte, & sicut S. Clemēs beatissimo archiepiscopo Petro in oibus familiarissimè & affectuosissimè cum mira reuerentia, inseparabiliterq; adhæsit, ita & Iosue Mosi. [Et diceret ei: Mose seruus meus mortuus est.] Circa hæc queri potest, qualiter Deus loquutus sit Iosue. Secundò, an loquutus sit ei hæc verba ante finem dierum Iosue Mosi, an non. Ad primum dicendum videtur, qd loquutus sit ad Iosue sicut ad Mosen, per creaturam subiectam, putà per angelum in humana effigie apparentē, & in vigilia plena, & forte aliqui aliter. Ad secundum aliqui dicunt, qd dñs dixit ista verba ad Iosue ante finem luctus mortis Mosi, quem filij Israel plāxerunt 30. diebus. Alij dicunt, qd post finem dierum illorum, quod verius æstimo. Nam hoc ad honorationem tanti legislatoris ac vatis pertinuit, qd durante luctu ipius, dñs alia non commisit agenda eius ministro ac populo, videlicet transitionem per Iordanem & missionem exploratorū, ac cætera quæ in isto sequūtur cap. Hinc in Scholastica fertur historia: post mortem Mosi, quiescente luctu populi pro eo, loquutus est dñs ista ad Iosue. Lyra tñ dicit Hebræos aliter opinari, & sequitur eos, vt in expositione sequentis cap. referetur. Insuper queri potest, cur dñs dixit ad Iosue, Mose seruus meus mortuus est, cūm tñ hoc notum extiterit tam Iosue ipsi, qd populo toti? Respondetur, qd dñs hæc loquendo, ostendit se memorem serui sui fidelis etiam post mortem ipius. Per eadē quoq; verba destruxit duos errores: Primum, dicētium Mosen non esse defunctum, sed esse translatum in paradisum, & esse cum Helia & Enoch, qm nullum mortis suæ signum in terra relictum est, & quia cum Christo in sua trāsfiguratione corporaliter, quemadmodū & Helias, apparuit. Secundus error fuit Manichæorum & aliorum quorundam, dicētium Mosen esse damnatum propter incredulitatem suam ad aquas contradictionis, de qua non legitur pœnituisse, qui error per ista verba excluditur. Apertissimè quoq; scriptura insinuat eum in dē pœnituisse, per hoc qd post illam incredulitatem dñs more solito ei loquutus est, & Mose consueta deuotione pro Deo zelatus est, & bona vsq; in finem vitæ suæ exercuit. Atq; pro illa incredulitate dñs puniuit eum in vita hac, priuando eum ingressu terræ promissionis. Deniq; in Deuter. euidenter narratur Mose esse defunctus. [Surge,] Ex hoc verbo videri posset, qd sedenti vel iacenti aut dormienti dñs dixerit ista, vigilantī nanque & stanti dici non solet, surge, sed opinari quis potest, quòd domino incipienti loqui ad Iosue, ipse vir sanctus humiliter se coram Deo prostrauerit, prostratoq; dominus dixerit, Surge, sicut & infrā ait ad eum, Surge, cur iaces pronus in terra? Vel sensus est, Surge, id est, ad actum

Deut.34. te præpara & extende. Circa hoc scribit Petrus Comestor: Quòd ait, Surge, loquutio est, & non est sensus, id est, genus & modus quidam loquendi est, nec ille est intellectus quem facere verba videntur. [Et trans Iordanem istum] Tempore opportuno, id est, dispoñte ad transseundum per fundum Iordanis, [Et omnis populus tecum,] omnis videlicet Israeliticus populus, quem tibi commisi vt duci ac principi. [Omnesq; locum quem calcauerit vestigium pedis vestri, vobis] tradam, sicut loquutus sum Mosi. [id est, vniuersam terram, quam perambulaueritis pergendo ad pugnam contra ad-

Deut.24.

Ecc1.46

Exo.17.33.

Num.11.

Deut.34.

1.Reg.16.

4.Reg.18.

2.Re.2.7.8.

2.Reg.16.

Exo.19.

Deut.34.

Pet. Com.

hist. lib. Io.

suz cap.1.

Ios.7.

Deut.34.

Matt.17.

Marc.9.

Luc.9.

Num.20.

Deut.2.34.

Num.20.

Deut.34.

Ios.7.

Pet. Com.

hist. lib. Io.

suz cap.1.

ad abo